



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Represalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

bus suo usui deputatis, non tamen per modum ultimæ voluntatis. cap. 27. num. 260.

RELIQVIAS falsas ponens adorandas pro veris, peccat mort. Idem qui utitur falsis, vel veris pro turpi quaestu: vel nouis nondum approbatis ab Episcopo: aut utens reliquiis etiam veris, vana obseruatione & superstitione. cap. 11. num. 35. & num. 6. & cap. 17. num. 169.

RENUNTIATIO, facta sponte à filio cum iuramento, obligat in conscientia licet enormissimum laedatur: Secus in foro exteriori, ubi presumetur dolus. cap. 17. num. 152.

De renuntiatione beneficij ad cuius titulum aliquis ordinatus est. vide tit. Beneficium. & tit. Ordo.

REPETITIO non potest fieri de dato ob delictum. Imo nec de dato ob actum turpem libidinis. cap. 17. num. 39. §. 2. Secus de dato pro ludo, contra leges Hispaniarum. ca. 10. num. 17.

Potest repeti quicquid datum est viro vel feminæ, ne faciat id quod alias tenetur non facere, vel ut faciat quod tenetur ex iustitia vel alia quacumque virtute facere. cap. 17. num. 33.

REPRESALIAS concedens, vel extendens ad Ecclesiasticos, vel eorum bona, manet excommunicatus, nisi intra mensem reuo

670 R E S I D E N T I A.

reuoauerit. cap. 27. num. 136. Quod habet locum tam in iis quae iniuste conceduntur quam in iis quae iuste, contra gentem vel ciuitatem, unde est clericus, vel Ecclesia.

Concedere represalias, pertinet ad Superiori concedentem; & extendere ad inferiori, cui conceditur.

Qui concedit eas contra bona vnius clerici, propter sibi debita, iudicans hoc conuenire, non incidit in censuram. Sed ob debita clerici vnius Episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdem Episcopatus. cap. 27. num. 136.

R E S I D E N T I A.

CIRCA residentiam statuit Trident. sequentia.

Episcopus veleo Superior sine iusta causa sex menses absens ab Episcopatu amittat quartam partem. Si alios sex menses, alteram quartam partem. Si ultra, denunciatur Pape. Beneficiarij cogantur residere si requiritur eorum presentia personalis. Privilegium in absentia percipiendi fructus nulli proficit, nisi de rationabili causa ab ordinario approbanda fuerit concessum: ex tunc pro illius absentia aliis ab

Episcopo